

Noverint universi *presencium*) noticiam habituri, quod nos Johannes dei gracia episcopus ecclesie Misnensis villam dictam Hildebranstorf | cum jure patronatus ecclesie ejusdem ville necnon reddituum quinque talentorum in moneta Vriberg ab olim per Hinricum dictum Beycherer | laicum nostre dyocesis donatam ecclesie sancte Marie juxta muros loci Vriberg eidem ecclesie appropriavimus et dotavimus dotis nomine perpetuis | 5 temporibus possidendam. Et eandem donacionem ratam habentes, sicut per sedem apostolicam et predecessores nostros confirmata existit, presentibus confirmamus, decernentes invasores prefate ville cum redditibus predictorum quinque talentorum velut oppressores et invasores aliarum rerum ecclesiasticarum tamquam sacrilegos puniendos. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum 10 Mogelin anno domini m° ccc° xl sexto in crastino beati Thome apostoli.

93.

Markgraf Friedrich der Ernsthafte cignet dem Hospitale zu St. Johannes eine von demselben gekaufte Wiese nebst einigen Aeckern, gelegen vor dem sogenannten Stokech. Freiberg, 1348 Aug. 24.

Hllschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das Reitersiegel an Pergamentstreifen.

Ann.: In dorso: Appropriacio prati quod dicitur Stokech (Succ. XIV). Vergl. No. 78.

15

In nomine domini amen. Cum divina disponente gracia juxta status nostri inmeriti exigenciam locis religiosis et personis miserabilibus provideri habeamus, | convenit quod debilibus in hospitalibus plurima paupertatis nota mancipatis pio caritatis opere succurramus. Nos igitur Fridericus dei gracia | Thuringie lantgravius Mysznensis Orientalis et in Landesperg marchio comes in Orlamünde dominusque terre Pysz- 20 nensis ad universorum | presencium ac futurorum deducimus nocionem, quod, quia . . prepositus seu magister hospitalis extra muros Friberg de novo unum pratum cum aliquibus agris cultis ante rubeta, que dicuntur Stokech, in campis ipsius civitatis sitis ad infirmorum usum comparaverit, devote sue et . . civium petitioni annuentes ad laudem 25 omnipotentis dei glorioseque virginis sue matris Marie et sancti Johannis ewangeliste precipui patroni reverenciam specialem, ob nostri . . genitoris incliteque nostre conthoralis Mechthildis pie recordacionis animarum salutem et medelam eadem bona sic comparata et libere per eos quorum intererat ad manus nostras resignata cum aliis suis bonis ab antiquo et de jure ad prefatum hospitale spectantibus memorato hospitali sancti Johannis 30 dedimus condonavimus appropriavimus presenciumque in tenore damus condonamus et appropriamus justo proprietatis titulo cum suis juribus usufructibus utilitatibus libertatibus comodis et attinenciis universis favorabiliter possidendum, volentes magistrum hospitalis, qui pro tempore fuerit, per nos nostrosque successores et . . heredes in eisdem concessis et acquisitis graciis conservari fideliter et tueri. Ut autem hec nostra appropriacio 35 debitum sorciatur effectum, presentem litteram fecimus principatus nostri sigillo in pre-